

De eodem.lxxxix.

Petite et dabitur vobis. Math. vii. In vobis propositis provocat nos dominus ad petendum et promittit petitionis nostre effectum. Sed circa petitionem tria sunt attendenda scilicet nostra necessitas. Petitionis congruitas. et divina largitas. Circa primum nota quod necesse habemus orare propter duos. Primo propter nostrorum hostium impugnationem. id est de monium impugnationem qui nos omni tempore impugnant. unde per Judith. ix. ubi legitur quod cum holofernes qui impugnat filios israel obsedisset bethuliam per totam noctem in ecclesia dei inierunt et oraverunt petentes auxilium a domino. Tot ei sunt inimici et tot modis impugnant quod sine adiutorio dei eis consistere non possumus. Ideo necesse est ut eis per orationem resistat. unde dicitur Exod. xvij. Cumque elevabat moyses manus vincebat israel. quoniam remisit vincebat amalech. 1. Reg. xv. Judith. iij. Memores estote servi dei moysi qui amalech non ferro pugnando sed precibus devicit. Secundo propter iudicium seuissimam vel gravissimam offensionem. Unde si iam aliquis suspensus stans coram iudice cuius magna constantia et instantia veniam peteret. Ita tu cum magna instantia veniam anime petere debes. Ps. Vita peccati a te et tribuisti ei

longitudinem dierum in seculo seculi. vita utique spirituales et eternalis. Sed attende quod ait Greg. Eternam vitam si ore petimus nec corde desideramus clamantes tacemus? Math. vij. Non omnis qui dicit michi domine domine intrabit in regnum celorum. sed qui facit voluntatem patris mei qui est in celis. Secundo debemus circa petitionem congruitate siue qualitate advertere scilicet qualis debeat esse qui petit et qualia petere debeat et qualiter petere. Circa primum nota quod qui vult petere debet esse sine peccato. per Joh. iij. Carissimi si cor nostrum non reprehenderit nos. si dudam habemus ad deum quod quicquid petierimus recipiamus ab eo. Quem autem apprehendit de aliquo peccato. hunc autem non exaudit dominus. per 1. Reg. Iniquitate si aspexi in corde meo non exaudiet te. Greg. autem is qui displicet ad intercedendum mittitur. irati animi ad deteriora provocatur. et maxime qui odium habent in corde. quod contra seipsum petit talis quoniam dicit. dimitte nobis debita nostra. sic et cetera. Secundo videndum est qualia debemus petere. scilicet bona spiritualia vel bona possibilis et utilia per Joh. v. Quodcumque petieritis secundum voluntatem eius exaudiet vos. salutem anime tue et ea que ad salutem sunt petere debes. talia secundum voluntatem dei sunt. unde per 1. Thess. iiij. Hoc est voluntas dei sanctificatio vestra. id est salvatio vestra